Recepta die 12 Jan.^rii 1777.

1777. Die Jovis nona Mensis Januarii mane

Coram Ill.mo, et Excell.mo I.C.C. Mediolani, et Equite Commendatario Sacri Ordinis Militaris Sancti Stephani in Hetruria, D. Comite D.no Gabriele Verro ex Intimis Actualibus Status Consiliariis S.S. RR. AA. MM. SS. Regente, ac Regio Ducali Senatore, et Fluminis Oloне Conservatore

Comparent Nobb. DD. Prior, et Deputati Venerandi Hospitalis Majoris Mediolani semper salvis &, citraque animum quidquam ad=

Alojsius Canziani I.C. et Caus.^cus

mittendi, quod sit, vel esse
possit etiam in minimo
præjuditiale Juri natura=
lis originariæ libertatis ab
Auctoribus, et Antecessoribus
dicti Ven.di Loci Pii, etiam
in eim verum eorum favo=
re judicatarum inviolabili=
ter conservato, et in ipso=
met Hospitali Majore
semper continuato, ut in=
frà, opstantes tamen spon=
taneam præstare obedien=
tiam demandatæ exhibi=
tioni, ac productioni in de=
tis, ac penes Dnum Can=
cellarium Provincialem
Titulorum, et Privilegiorum

quorum vigore dicto Ve=
nerando Hospitali Jus
potentius assistere cre=
dunt extrahendi Aquas
ab eodem Flumine Olonæ
pro irrigandis illius Pra=
tis, et Bonis sitis in Loco,
et Territorio Legnani Ple=
bis Agiati Olonæ Medio
lani Ducatus exponunt.

Sicuti usque ab inferioribus Sæ=
culis eo nempe de tempo=
re, quo Italia tàm ante
quàm post celebrem Con=
stantiæ Pacem indepen=
denti, et absoluta nativa,
et originaria libertate po=
tiebatur, antiquissima, ac

dives Familia de Lampugnano, ex qua descendit, fuitque olim Magnificus et Prestantissimus sub antico Philippi Marie Vicecomitis Tertii Mediolani Ducis Imperio Oldradus illius Senator, et Consiliarius latifundia, cum pluribus Aquarum a publicis Fluminibus provenientium decursibus ad ea irrigandam accomodatis, Jurisdictione, et Castris tàm in Mediolanensi, quàm in Novariensi Diœcesi Jure Gentium possidebat ——

Precipua in Episcopatu Novariensi Jurisdictionalia, et Predia exercebantur, et respective in libera erant vetustissimorum hujus Inclite Familie de Lampugnano Antenatorum potestate, signanterque Oppidum cum districtu de Trecate ——

In Diœcesi vero Mediolanensi Castrum cum Curte Legnani, in qua extense Possessiones Molendina, et Prata continuò, et ad placitum Aquis Fluminis Olone irrigata ——

Sicutique, cum in hoc statu naturalis libertatis semper

conservatę, et confirmatę e=
tiam a Vicariis Imperia=
libus, et successivis Medio=
lani Dnis, ac Ducibus con=
sistebat præfatus Magni=
ficus Oldradus Senior, eique
nunciatum deinde fuisset in
libera sua originaria nativa
possessione turbari, graviter=
que de peractis novitatibus
conquęstus esset in ejus Præ=
cibus una cum productione
Documentorum, et Sententia=
rum Duci Philippo Marię
Vicecomiti porrectis, datę prop=
terea fuerint ejus Litterę
Ducales Spectabilibus, et Sa=
pientibus DD. Magistris Du=

calium Redditurum Ex=
traordinariorum pro debita
opportuna providentia
Sicutique participato per eos=
dem Spectabiles, et Sapien
tes Magistros cum Egregio
Dno Vicario Provisionum,
et Syndicis Communis Me=
diolani Negotio ad hoc ut
etiam cum eorum consen
tia, ac voluntate facti veri=
tas haberetur, et Jus dicto
Magnifico Oldrado minis=
traretur ita quod legitimam
conquęrendi causam non
haberet juxta continentiam,
et Mandatum ipsarummet
Ducalium Litterarum, ipsi=

que Dnus Vicarius, et Syn=
dici una cum iisdem DD. Ma
gistris per eorum Litteras dici
18. Martii Anni 1439. com=
miserint Magistro Michelo=
no de Mariis Ducali Inge
nierio Partium confidenti, et
in talibus experto, quatenus
se personaliter transferret
ad Locum, ubi prędictus Ol=
dradus prętendebat, asseve=
batque Jus habere derivandi,
et extrahendi Aquam Flu=
minis Olonę, ibique dili=
genter videret, visitaret, et
scrutaretur modum, viam, et
quantitatem, quibus vellet,
ac prętendebat idem Oldradus

posse extrahere de Aqua
dicti Fluminis pro adaquan
do, et irrigando dicta sua Pra=
ta, et si veritas sic se habe-
ret, quod Aqua a dicto Flu=
mine extracta, deinde iterum
in ipsum Flumen reverte=
retur, et si in toto, an pro par-
te tantum, ac omnia alia,
et singula ad factum, et ad
propositum facientia; demum
prędictis omnibus et singulis,
sic visis, et examinatis prę=
fatis DD. Magistris inscriptis
referret, ac notificaret quid=
quid in prędictis reperuisset,
sibique pro Juditio suo visum
fuisset, ac deinceps ipsi Ol=

drado

drado juxta præcitatas Ducales Litteras melius, et salubrius Jus fieri valeret super contentis in præmemorata illius supplicatione, ita quod Causa juxta querelæ ei minime relinqueretur

Sicutique pro implemento ejusdem commissionis dictus Michelonus Ducalis Ingenierius in rem præsentem accesserit, seque personaliter contulerit ad Locum Possessionis S.ti Georgii, ad quam antedictus Dnus Oldradus asserebat, ac prætendebat Jus habere derivandi, et extrahendi Aquam e d.o Flumine

Olonæ, ubi repertis Antonio de Novate Ingenierio Communis Mediolani, et Nob: Dno Stephano de Lampugnano pro parte prædicti Dni Oldradi, qui Jura Partium ostenderunt, auditisque utrinque deductis, mox eis semper præsentibus, fuerit ad visitandas, recognoscendas, et [illegible] Buccas, ac Rugias, per quas extrahebantur, et ducebantur Aquæ Olonæ ad adaquanda, et irriganda Prata, nec non Sovatoria, per quæ Aquæ, post irrigationem eorundem Pratorum recto trami-

ne

ne, ad formam Statutorum,
in Alveum ipsius Fluminis
revertebantur, habita super
omnibus, et singulis perspec=
ta facti veritate Relationem
cum Judicio suo dederit præ=
fatis Spectabilibus, et sapien=
tibus Magistris, qui die sep=
timo Septembris ejusdem
Anni 1439. declaraverint
in omnibus, et per omnia
prout supra, continebatur
in ipsamet Relatione, quæ
una cum prænarratis Litte=
ris commissionalibus inser=
ta est in eadem Declaratio=
ne Magistrali cum effectu
producenda, et dimittenda

Sicutique per obitum sine Pro
le masculina legitima die
duodecima Augusti Anni
1448. superventum præ=
fati Ducis Philippi Mariæ,
Gubernantibus superinde
Mediolanensem Rempu=
blicam constitutis nactæ li=
bertatis defensoribus produc=
ta fuerint demandata præ=
tensa Jura, ac Tituli, et Pri=
vilegia præ cæteris etiam a
memorato Eldrado Seniore,
quæ tamen antiquissima
Augustissimorum signan=
ter Imperatorum tam Orie
talium, quam Occidenta=
lium Privilegia, quemadmo=

dum

dum alias Fides facta fuit, direpta remanserint.

Sicutique Anno 1493. Eques Eldoradus Lampugnanus Junior, ejusque Fratres, pro implemento Edicti, ob contentiones inter Utentes Aquis Eloræ subortas emanati, ac mandantis omnia ab iisdem Utentibus Jura, et Privilegia ad Senatum Secretum deferri, ipsi quoque Dni Eques Eldradus, et Fratres antiquissima illorum Jura exhibuerint, ac in Precibus Joanni Galeatio Mariæ Sfortiæ Vicecomiti porrectis requisiverint, ut intellecta Jurium suorum veritate, ea confirmare, et ad hoc, ut ad perpetuam servarentur memoriam etiam opportunum circa ea Privilegium concedere vellet.

Sicutique ad Relationem Magnificorum DD.rum Senatorum Joannis Francisci Malatestæ, et Augustini Panigarolæ, quibus demandatum fuerat eorundem Jurium examen lata fuerit per ipsum Senatum Secretum Sententia, qua declaratum fuerit dictis Equiti Eldrado Juniori, et Fratribus de Lampugnano pertinere, et spectare, ac competere Jus, et actionem